

TSJCL Area F Sight Recitation 2015

Level II: King Tarquinius Superbus and the Sibyl discuss the books of prophecy.

Tarquinius Superbus inter Rōmānōs ultimus regnābat. Ad Tarquinium Sibylla, fēmina rūgōsa, advenit, et novem librōs portat. 'Ō tyranne,' inquit, 'novem librōs sacrōs habeō.' 'Cur ad mē librōs portās?' rogat tyrannus. 'Librōs ad tē portō,' Sibylla Tarquiniō respondet, 'quod deōrum ōrācula habent. Sī mihi pecūniam dabis, librōs habēbis, deōrum ōrācula nōn iam ignōrabis.' Tyrannus rīdet et fēminam dīmittit, quod magnum pretium rogat. Tum Sibylla trēs librōs incendit, cum reliquīs revenit, trēs librōs habet, sed nunc quoque pretium nōn dēminuit. Iam fēminae constantia Tarquinium movet; nōn iam rīdet sed assentit. Librōs trēs reliquōs emit, et magnā dīligentiā conservat. Ōrācula deōrum populum Rōmānum saepe adiuvābant.